The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Anima q

cum fonte primo

Sit ergo beate anime culcitra,
consciencie puritas, capitale transquillitas,
opertorium securitas ut in hoc interim strato
dormiat delectabiliter et feliciter requiescat.
Hec est anime suauissima et
saluberima requies, consciencia munda,
quies secura.

Bernardus sermone CVI.

→ ←

Haec est, inquam, animae suavissima et saluberrima requies, conscientia munda, quieta, secura.
Sit ergo beatae animae culcitra conscientiae suae puritas, sit capitale tranquillitas, sit opertorium eius securitas, ut in hoc interim strato dormiat delectabiliter, feliciter requiescat.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in festiuitate omnium sanctorum*, 2.6 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.347, ll.7-11).